

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Die Handschriften der Badischen Landesbibliothek in Karlsruhe

Die Reichenauer Handschriften - Zeugnisse zur Bibliotheksgeschichte

Preisendanz, Karl

Wiesbaden, 1917

Neubau 1607-1609

[urn:nbn:de:bsz:31-51409](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-51409)

+

Neubau der Bibliothek 1607—1609.

Stahel vermerkt zu dem Jahr 1607 Lapidus residui cod. 1099 Gen. Land. Arch. f. 135v:

Circa haec tempora Iacobus Fuggerus Episcopus Constantiensis Monasterium augiense, Bibliothecam veterem et Cancellariam de novo extruere acccepit¹⁾ contractumque iniit cum Marco Bentzer cive et organifice Augustano de novo organo conficiendo pro pretio 1500 florenorum.

Stahel zu 1609 (fol. 136r):

Synodum Dioecesanam Constantiae celebravit Iacobus Fuggerus Episcopus . . . Finita synodo Domini Abbates ab Episcopo ad inspectionem novi Monasterij²⁾ a se excitati in Augiam divitem sunt invitati.

(*Ann. Zwifalt.*)

Ziegelbauer, Hist. rei lit. I 573:

Nonnihil etiam nocimenti perplures cum manuscripti, tum impressi Codices non ita pridem acceperunt, cum aedificium pro nova Bibliotheca excitatum corruisset. In culpa faber murarius fuit, qui pilas moli ferendae impares substruxit. Infra Bibliothecam cella conspicitur vinaria: unde non inepte loco inscribi posset: Sapientia aedificavit sibi domum, miscuit vinum.

Autor novae Bibliothecae est Maurus Hummel, Monasterii Prior, Vir doctus et rei literariae perquam studiosus.³⁾

A. Calmet, Diarium Helveticum 1756 S. 105:

'Fuit olim illa [bibliotheca Aug.] praestantissimis, et numerosissimis codicibus Mss. refertissima, sed eorum magna pars injuria temporum jam dissipata est. Jacet illa in aedificio a monasterio separato, hanc nimirum ab eo disjungente horto. Supersunt hodieum codices manu exarati numero circiter 450. quorum multi eximii.

1) Korrigiert aus 'Bibliothecam et Cancellariam de novo extruxit.' Auch cod. Mon. 15017 f. 250r verzeichnet das Ereignis: 'Iacobus Fugger, Baro de Kirchberg et Weißenborn . . . tempore Regiminis sui in Augia Coenobium novum, Bibliothecam, Cancellariam exornavit'.

2) Novi Monasterij Cellarumque subtus vinariarum sumptus ad 38 000 floren. excurrise traditur.

1616: ultima manus aedificio Cancellariae imposita est.

3) Er schaffte an: plures magni pretii Libros v. g. Acta omnium Sanctorum Bollandiana.